691* ara. Frusinone in villa quondam Bouchard CARD. Titulos olim apud se servatos non Frusinone eruderatos esse, sed aliunde advectos, fortasse ex agro Sabino Giorgio narrarunt heredes BOUCHARDI. Ex Castelnuovo di Porto suos adlatos esse Iulio Navone narravit Franciscus RICCI Frusinas. Cum in museo olim Bouchardiano, iam Ricciano tituli plures insint testatae originis ex urbe (n. 697*), reliqui quoque ex urbe videantur advecti, nos omnes cum urbanis edidimus, hic tamen omnium elenchum dedimus, ne fallant aliquando eos qui in Frusinatium antiquitates inquirunt.

dIs manib | claudiae | hedone | aram fecit | sibi

Cl. Cardinali ms. vol. VIII qui vidit; Iulius Navone a se descriptam per Stevensonium dedit.

692* cippus. Frusinone in villa quondam Bouchard CARD.; in villa Ricci NAVONE.

dIIs manibus | l. egnatio | ianuario | m. magius | iustus et | egnatia nebris | bene merenti | fecerunt | adamio successo | egnatia nebris | coniugi b. m

Cl. Cardinali ms. vol. VIII qui vidit; Iulius Navone descripsit.

693* ara. Frusinone in villa quondam Bouchard CARD.; in villa Ricci NAVONE.

dIs manibus | ualeriae | himeridi f. p. f

Cl. Cardinali ms. vol. VIII qui vidit; Iulius Navone descripsit.

694* Frusinone in villa Ricci.

aram marmoream | quae huic basi | superposita est | h....n s

Navone descripsit.

695* Frusinone in villa Ricci.

epta|

Navone descripsit.

696* Frusinone *alle Selva piana* MAR.; in villa Ricci NAV.

c. saluius sex. f | ani c. f. perdidi in | prouincia amantem | mei l. f. ante oculos | meos beatus est | quoi non sunt | naati leiberei

Marocco 4 (1884) p. 99; Navone descripsit. Evidenter ficticia. Nec melior videtur quae ibidem extat Graeca ΕΥΦΡΟϹΥΝΗ | ΤΩ·ΒΥΝΙΩ|ΡΛΑΚΑΡΕϹΡΟΥϹΑ | ΕΠΟΙΕΙ.

697* Frusinone olim apud Bouchardos, nunc apud Riccium extant tituli hi aut urbani ipsi aut ad urbana archetypa recens incisi:

Genio Noricorum cet. vol. VI n. 250. Frusinone vidit Navone. Falsum exemplum sit necesse est, nam genuinum est in museo Vaticano.

D. m. Sex. Campanio Clementi cet. vol. VI n. 2776. Frusinone viderunt Cardinali et Navone.

Dis Manibus Sex. Asinio Theio cet. (Mur. 1278, 3). Frusinone vidit Navone.

Nostia Daphnidis l. Cleopatra ornatrix de vico. Frusinone vidit Navone. Archetypum extat in Vaticano.

698* Inter Frusinates Marinii cod. Vat. 9120 f. 296 titulus reperitur loco non adscripto hic: DIS·MANIBVS | M·ANTONIO LVPERCO cet. (Fabrett. 562, 91); at is urbanus est.

XLVIII. ROCCA D'ARCE.

699* [= 738*] Arce.

cereri sanctae sac | ex p. p. d | cn. apuleius l. f. ter. niger | q. satrius sex. f. ouf. iustus | duo uirei i. d | appuleia sacerd | aedem et aram s. p. f

Grossi Arce p. 145 (inde Orelli 1497). Nomen alterius II viri sumpsit ex Arcana genuina n. 5668.

700* Arce in foro.

m. tullio m. f. m. n. cor. ciceroni | imp. cos. aug. p. p | leg. l. cornel. sullae in bel. soc | q. prou. siciliae aed. cur. pr. urb | procos. prou. cilicum pisidar. et pamphys (*sic*) | publice

Grossi *viaggi di Apollonio Evandro* in capite de Arce uno ordine hanc et quattuor sequentes profert.

701* [= 736*] Arce in foro.

q. tullio m. f. m. n. cor. cic | pro pr. asiae | leg. cn. [*inde factum* gn.] pompei frum. compar | in sardinia | leg. c. caesar. in gall. et in brittan | et m. ciceronis in cilicia | ordo dec. et plebs arkarum | patrono

Grossi Apoll. ms. dedit integram, in ed. Arce p. 43 (inde Orell. 149) extrema sola proposuit inde a . . . *do dec.*, adnotans hoc fragmento recens eruto confirmari opinionem Manutii Arkanum Ciceronis non ab arce, sed ab Arcis nomen traxisse. Cf. n. 596*.

702* [= 4322] Arce.

q. et m. tullIs q. et m. f. f | ciceronibus | iii uir. aed. pot. municip | arpinatium d. d

Grossi Apoll. ms.; Dionigia f. 45 (ex ea Grossi Arce p. 134). Orelli 571.
3 VIREIS et MVNICIPI Dion. — 'Geminatio FF non est 'eius aetatis quam prae se fert titulus et copula 'etiam insolita inter praenomina; ut alia mittam. 'Omnino mihi in hunc titulum cadere videtur quod 'dici solet *Fidarsi è bene, ma non fidarsi è meglio*.' Haec, quae adnotaram in ed. priore, codice falsarii patefacto iam confirmantur.

703* Arce.

q. tullio q. f. m. n. cor. cic | sulio (*sic*) luperco p

Grossi Apoll. ms.

704* [= 4320] Arce.

m. tullio m. f. m. n. m. p. n. cor | ciceroni cos | pro cos. prou. asiae leg. imp | caes. aug. in syria | patrono

Grossi Apoll. s. v. Arce; Guattani *mem. encicl.* vol. V (1805) p. 144 auctore non enuntiato; Dionigia f. 45; ex ea Grossi Arce p. 135. Orelli 572.
4 SIRIA Dion.

705* [= 4321] Arce.

m. tullio m. f. m. n. m. p. n. cor | ciceroni | cos. procos. patrono

Guattani *mem. encicl.* V p. 144; Dionigia f. 45, ex ea Grossi Arce p. 135. In libris scriptis Grossi, quos vidi ego, hanc non deprehendi; sed dubium non est eam quoque ab eo ita fictam esse, ut non ipse ederet, sed per amicos publici iuris fieri mallet.
M ante P·N om. Guatt.

706* [= 737*] rep. extra Arcem orientem versus in regione dicta *la Fontana buona* in villa doctoris Calcagni quae Q. Ciceronis fuisse dicitur et appellatur nunc *Aja di Cicerone*.

q. tulli m. f. m. n. cor. cic

Grossi Arce p. 124.

707* [= 4339] Arce.

l. satrio c. f. ouf. cel | ii uir. qq ii aed. q

Dionigia f. 45; Grossi Arce p. 139.
2 AED Grossi, EAD Dion. Unde confirmatur Dionigiam magis a Grossio hanc habuisse quam Grossium a Dionigia; neque caret suspicione cum quod nomen et tribus redit in Arcana genuina n. 5668 tum quod scribitur *IIvir. qq. II* pro eo quod requiritur *IIvir. II qq.*

708* [= 739*] Arce.

c. auianius philoxenus | architectus | redemptor operis

Grossi Arce p. 148. Nomen sumpsit ex Arcana genuina, reliqua ex epistulario Tulliano.

709* [= 4358] Arce.

c. auianus m. aemili l | euander

Dionigia f. 45; Grossi Arce p. 142. Hanc quoque expuli, cum ab auctore Euandri facile proficisci potuerit displiceatque nomen liberti a patroni nomine diversum.
1 AEMILI Grossi, EMILI Dion.

710* [= 4433] Arce.

u | p. stellatus | sibi et quartae uxori | in f. p. xii | in agro p. xii

Dionigia f. 45; Grossi Arce p. 141.
1 om. Dion.; unde hanc quoque crediderim Grossium Dionigiae subministrasse, cum praesertim nomina pessima sint.

XLIX. ARPINVM.

711* [= 741*] Arpini LIL.

m. tullio m. f. ciceroni | romanae facundiae principi | quaestori aed. pr. cos | imp. p. p. pop | arpinates

Cyriacus nova fr. p. 64; Lilius f. 80; Waelscapple f. 113. 140; Grut. spur. 12, 3; alii. Est Cyriaci lusus, quem tamen ipse nequaquam pro antiquo monumento venditavit.
Dedi ad Cyriacum; posteriorum variam lectionem sprevi.

712* [= 743*] Arpini. — Atinae MVR. (vide infra).

ossa	ossa
p	p
satur	deorū
semp	sem///r

Taulerus p. 15 (inde Mur. 296, 2, ubi adhaesit titulo Atinati n. 5051); Dionigia f. 47. Haec inscriptio sepulcri quod dicitur Saturni originem traxit ex titulis in hac regione non raris inscriptis solo vocabulo OSSA (n. 5137. 5157 *a*. 5645).

713* [= 740*] in via Latina Campana.

dIs manib. sacr | c. ecilio c. f. pupin. ferculo | ui uir. aug. arpin. flamini marT | m. ecilius c. f. pupin. gallus | testamento poni curauit

Ligorius Taur. 7 (inde Gudius 102, 10).

714* Arpini.

c. fufidio l. f. cor. rufo | patrono municipi | arpinates l. d

Grossi Apoll. ms.
Nomen Fufidii venit ex Arpinate genuina n. 5685.

715* [= 742*] Arpini in foro.

c. marius c. f. cos. uii | m. tullius m. f. cic. cos. p. p | ciues nostri

Grossi Volsc. III p. 34 ex ore, ut ait, abbatis Buonafede, qui vidisse se diceret; vocabulum CIVES alia et recentiore manu adiectum esse.

716* Arpini.

c. pontinius c. f. cor. iustus | leg. imp. m. ciceronis in cilicia | pr. p. triumphauit de allobrogis (*sic*) | prat. (*sic*) urbanus

Grossi Apoll. ms.

717* Arpini.

m. pontinio l. f. cor. rubro | arpinates | patrono

Grossi Apoll. ms.